dicitur humane nature condicio propter quam
homines angelis assimilantur. Unde
apostolus primo Cor. vii°: Virgo cogi-
tat que domini sunt, ut sit sancta
corpore et spiritu. Unde Jeronimus al-
loquens matrem de instructione
filie epistola 89 dicebat: Reddat
inquit tibi quottidie pensum scrip-
turarum floribus, et post assues-
cat ad orationes et psalmos noc-
te consurgere, mane tamen ympnos.
Et sequitur: Discat lanam facere,
tenere telam, rotare fusum et filum.
Ita virginitas in talibus conservatur.
Ista teste Jeronimo ad Eustochium
virginitas thesaurus est incomparabilis.
Caue igitur ne te dicat deus: virgo
cecidit et non est qui suscitet. Et cum
omnia possit deus, tamen virginita-
tem non potest. Si igitur ad thesau-
rum incomparabilem custodiendum sol-
liciti sunt homines, potius de virgi-
nitate observanda solliciti esse debent,
non tamen disturbare, quoniam teste Gregorio
omelia 12: Depredari desiderat
quia thesaurum publice in via por-
tat, sollicitare igitur moneat, quoniam
sicut Job 24: Per noctem adulteri
sicut fur observat caligine. Nempe
olim virgines sollicitam sue virgi-
nitatis custodiam habuerunt. Unde
Ambrosius li° 2° de virginitate
narrat de quadam virgine que
fuit Antiochie, cuius pulchritudo
appetebatur. Cum violenter ad lu-
panar introducta fuit, que cum
ibi fuisset, flebat et orabat
dicens: Domine, qui dedisti vir-
ginibus leones domare, nunc da-
re ut mentes hominum domare pos-
sim, ne violetur quicquid tem-
plum tuum, ne etiam patiar inces-
tum. Cumque igitur oratione comple-
uisset, ecce miles introivit: Ne
inquit timeas, quoniam supveni
salvare animam tuam; commutemus inquit
vestimenta, ut tua veste faciat
me verum militem. Unde sic factum
est ut virgo veste militis accepta
et sic evasit, et miles loco eius
cum veste muliebri ibi remansit.
Cum igitur alius ingrederetur et loco
puelle virum invenisset, alys nun-
ciavit, et loco virginis miles condemp-
natus fuit ad mortem. Quod cum
audisset puella festinanter accurrit
ad locum supplicii, que pro eo mori
contendebat, et e converso miles pro ea.
Itaque ambo contenderunt et palmam
martirii susceperunt. Insuper Amb-
rosius li° 20 narrat qualiter beata
Balthera cum esset pulcherrima
gaudebat suam faciem martirio
fedari, ne condempnationis occasio
consisteret. Ceterum de beata Brigida
legitur, quod cum pater eius cuidam nobi-
li vellet eam desponsare, ipsa o-
ravit ut aliqua deformitas sibi
contingeret, ratione cuius coniugium vita-
ret. Ipsa quoque orante unus eius oculus
crepuit, quod videns pater permisit
eam velari et ad dei cultum de-
putari, et oculus eius sanatus
est. Insuper de pluribus aliis similiter
legimus virbus sicut sunt Inichi-
loniis observaverunt virginitatem

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0291
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch
Baden-Württemberg